INDEX

LECTIONVM

QVAE

AVSPICIIS REGIS AVGVSTISSIMI

FRIDERICI GVILELMI QVARTI

IN

VNIVERSITATE LITTERARIA

FRIDERICA GVILELMA

PER SEMESTRE AESTIVVM

A. MDCCCXXXXIV. A DIE XXII. M. APRILIS

1844

INSTITVENTVR.

Lachmann, ed.
Julii Frontini de controversiis agrorum
libellus - pars prior

BEROLINI
FORMIS ACADEMICIS.

VNIVERSITATIS LITTERARIAE
FRIDERICAE GVILELMAE
RECTOR ET SENATVS.

Dum nova vobis, Commilitones carissimi, studiorum spatia aperimus, quae suo quisque modo sollerter contendentes decurratis, placuit nobis more maiorum aliquid ex antiquitate sumptum ita tractare ut et studiosis exemplum diligentiae praebere et doctis aliquam adferre posset utilitatem. Itaque ex gromaticis, quorum Niebuhrii merito inter nos renovata memoria est, antiquissimi scriptoris Iulii Frontini libelli partem, ut cum fructu legi possit, ad verum ordinem revocatam et veteris scripturae mendis turpissimis imperitique tractatoris puerilibus emblematis liberatam exhibemus. Frontinum post experimenta et usum commentarios gromaticos ad institutionem mensorum sub Domitiani imperio scripsisse satis constat: de numero autem et ordine librorum eius parum adhuc quaesitum esse reperimus. Atqui ipse, ut nobis videtur, aperte se duos libros composuisse dicit: 'uno enim,' inquit, 'libro instituimus artificem, alio de arte disputavimus.' Prioris libri, quo artificem ita videtur adumbrasse ut quae res ad professionem pertinerent breviter significaret, fragmenta supersunt duo, de agrorum qualitate et de controversiarum condicionibus, quae extant apud Goesium p. 38 - 43, 21. His vetusta exemplaria continuo subiungunt excerpta quaedam, quae a Goesio male divulsa et aliquot versiculis truncata (leguntur autem in eius editione p. 43, 21 - 44, 5 et p. 215 - 219) non dubitamus alteri Frontini libro adscribere: omnia enim ad limites spectant, hoc est ad artem. Nam artis duae sunt partes, una limitatio cum inscriptione lapidum, altera inspectio sive observatio; quarum illa ad partitionem agrorum pertinet, altera ad controversias vel movendas vel finiendas: utramque autem Frontinus se libro secundo comprehendere testatur, cum dicit 'et de adsignationibus et partitionibus agrorum et de finitionibus terminorum hactenus meminimus: restat nunc ut de controversiis dispicia-

mus.' (*) Sed de arte, quatenus in controversiis locum haberet, quae Frontinus tradidit, ea commentario quodam stultissimo aucta et in duas partes dissecta habemus. Quarum quae est posterior, in Arceriano codice his verbis inscripta, INC. AGENI VRBICI DE CONTROVERSIIS AGRORVM (apud Goesium p. 65-75), eam hoc tempore non curabimus. Priorem alter Arcerianus exhibet solus, inscriptam simpliciter INCIPIT LIB.: nam Erfurtensis nihil habet nisi titulum, p. 5, hoc modo, INCIPIT LIBER AGRI MENSVRAE: vulgo ridicula de causa *Simplicio* tribuitur, cuius nomen Goesius praescripsit p. 76. Hanc partem siquis cum Agennii commentariis suo ordine legere volet (nam paginas confusas esse non erit obscurum), initium facere debebit a quarto versu eorum quae Blumius edidit in museo Rhenano vol. V p. 369-373, tum cetera a Goesio edita pertractabit hoc modo, p. 76, 1-77, 10. 85, 28-87, 1. 82, 6-83, 22. 83, 22-85, 28. 77, 11-78, 11. 78, 11-79, 11. 79, 11-81, 8. 81, 8-82, 6; omittet autem octo paginas a Frontino et Agennio alienas, quibus praescriptum est AGRORVM QVAE SIT INSPECTIO, apud Goesium p. 87, 19-89, 14. 87, 1-19. Haec ita breviter praecepta peritos satis adiuvabunt, neque verendum est ne eos rei ratio-

(*) Haec omnia secundum ea verba disputavimus quae nobis videntur a Frontino scripta esse: vide infra p. 5, 14. Sed his multa alia interiecta sunt, quorum ea quae uncis includemus ne ab Agennio quidem profecta esse possunt, p. Goes. 86. 'uno enim libro instituimus artificem, alio de arte disputavimus. [*cuius tripertitionem sex libris, ut puto, satis commode sumus executi. exigit enim ars scientiam metiundi, cui datur libro tertio pars, quam quinto et sexto libro continuabimus.*] et de adsignationibus et partitionibus agrorum et de finitionibus terminorum hactenus [*deputato arti mensoriae ordine*] meminimus: superest nunc ut de controversiis dispiciamus. *quae pars*[, *quamvis quarta sit universitatis, seiungitur, quoniam*] *communis est cum aliis artibus et privatae disputationis exigit curam.*' In his *tripertitio* videtur ea intellegenda esse quam Hyginus (antiquiorem illum, qui sub Traiano scripsit, dicimus) ita instituit ut primum de limitibus disputaret (p. Goes. 203. 204), tum de condicionibus agrorum (p. 205-210), postremo de generibus controversiarum (musei Rhenani vol. VII p. 156-170). *Vniversitas* quae dicitur, de artis mensoriae quibusdam digestis intellegi debet, qualia ex antiquiorum scriptis excerpta fuisse Niebuhrius recte statuit (Rom. hist. vol. II p. 536 ed. pr.), qui eorum librum XII commemorari (p. Goes. 220. 259) acute animadvertit. *Liber tertius* fortasse Balbi ad Celsum expositionem et rationem omnium mensurarum (p. Goes. 28-37) complexus est; *quintus et sextus* autem, nisi coniectura fallit, M. Iunii Nipsi librum secundum (p. Goes. 285-289. 298-301, Arcer. cod. p. 9-18), item ea quae inscripta sunt *Aprofiditi et Betrubi Rufi arckitectonis* (Arcer. cod. p. 18-60), ex parte edita olim ab A. Schotto et nostro tempore emendata et eleganter illustrata a C. B. Hasio v. cl. in Bredowii epistulis Parisiensibus p. 214-228.

nes praetereant: sed nobis non sufficiebat illa fragmenta suo ordine scripta percensere, nisi Frontiniana sola ab Agennii ineptiis purgata exhiberemus, et vetusti exemplaris defectus, quantum fieri posset, suppleremus. Itaque primum Agennio quaecumque adscribi debent eiciemus; asterisco tamen in eorum locum substituto, nequis sibi furtim aliquid subtractum queratur: deinde e Gudiano codice asciscemus quae vel cum Arceriano communia habet vel ab huius scriptore non lecta solus conservavit. Gudiana, quae quidem ad hanc Frontini et Agennii partem referenda sunt, apud Goesium extant p. 63, 28. 29. 63, 6-8. 8-19. 19-21. 21-24. 25-28. 51, 10-28. 51, 32-52, 6. 48, 31-49, 8. 62, 26-30. 308, 5-309, 5. Quae omnia quo iure vel Frontino vel Agennio tribuantur, dicere nunc non possumus, quoniam nos et otium deficit et spatium chartarum. Ipsum Frontinianae controversiarum expositionis initium ex altera parte Agennii repetere cogimur, qui illud, non praeter solitum levis et perversus, ex suo loco in alienum transtulit, ut epilogum nullo negotio nancisceretur, quem Goesius ne integrum quidem edidit p. 75, 15-26, non paucis ipsius etiam Frontini versibus omissis. Haec quam brevissime significata magis quam exposita vos, Commilitones carissimi, boni consulite: quae si vestrum unus vel alter a studiis suis non aliena esse iisque ab aliqua parte profutura intellexerit, operam in his fragmentis emendandis positam non luserimus. Singula fragmenta punctis distinguemus, quibus aliquam ibi Frontiniani operis particulam deperisse indicemus. In margine nomina codicum singularibus litteris notata eorumque paginas apponemus: ubi desinunt, litteras singulares semicirculis inclusas repetemus. *A* et *B* dicemus duas Arceriani partes, utramque saeculo sexto scriptam, *E* Erfurtensem saeculi undecimi, *G* Gudianum decimi.

A 178. *B* 35 *B* 36 Satis, ut puto, dilucide . . . . . genera controuersiarum exposui:* | nunc quem admo- p. 75 Goes.
dum singul*ae* tractari debeant persequendum est. respicio enim quantum sit quod p. 63
mensori iniungatur, et puto diligentius exequenda quae ad prouidentiam pertinen*t*
artificis. difficillimus autem locus hic est quod mensori iudicandum est; sed nec mi-
E 5 *B* 37 nus ille exactus, quod est | aduocatio praestanda*: prudentiam tamen eandem | artifices p. 128

1. *addendum, ubi puncta posuimus*, in priore libro. 2. singula *et AB*. 3. pertinent *i nunc* artificis *AB*. 5. aduocato praestand*um est E*. tamen *E*, tamen*de A*, tamen*dem B*, hi *Boethius p.* 1540. artificis *AB*, mensores *Boethius*.

ABE habere debent et qui iudicaturi sunt et qui aduocation*es* sunt praestituri. in iudi- p. 64
cando autem mensorem bonum uirum et iustum agere decet, neque ulla ambitione
aut sordibus moueri, seruare opinionem et arti et moribus.* quidam enim per impe-
ritiam, quidam per inpudentiam peccant: totum autem hoc iudicandi officium et ho-
B 38 *A* 179 minem et artificem exigit egre|gium. erat aequissimum et in aduocation*e* |eandem fidem
exiberi * a mensoribus. sed hoc possessores aequo animo ferre non possunt: nam
(*AE*) cum his ueritas exposita est, aduersus sinceritatem artis facere cog*unt*.*

. . . .

B 39 * Prima enim condicio possidendi haec est ac per Italiam; ubi nullus *a*ger *est* p. 76
tributarius, sed aut colonicus, aut municipalis, aut alicuius castelli aut conciliabuli,
aut saltus priuati.

A*t* si ad prouincias respiciamus, habent agros colonicos *eius*dem iuris, habent et colonico*s* qui sunt i*n*mune*s*, haben*t* et coloni*cos* stipendiarios. habent autem prouinciae et municipales agros, aut ciuitatium peregrinarum.

B 40 Et stipendia|rios . . . . . qui nexum non habent, neque possidend*o* ab alio
qua*eri* pos*sunt*. possiden*tur* tamen a priuatis, sed alia condicion*e*: et ueneunt, sed
nec mancipatio eorum legitima potest esse. possidere enim illis quasi fructus tol-
lendi causa et prestandi tributi condici*one* concess*um* est. uindicant tamen inter se
non minus fines ex aequo ac si priuatorum agrorum. etenim *ciu*ile est debere eos
d*iscre*tum finem habere, qu*a*tenus quisque aut colere se sciat oportere aut ille qu*i*
B 41 iure possidet possidere. nam et controuersias | inter se tales mouent, quales in agris
inmunibus et priuatis solent euenire. uideuimus tamen an interdicere quis possit *
de eius modi possessione.

Multa enim et uaria incidunt, quae ad ius ordinarium pertinent, per prouinciarum diuersitatem. nam cum in Italia ad aqua*m* pluuiam arcendam controuersi*a*

1. *prius* et *om E et Boethius*. et quos *Boethius*. aduocation*is* sunt *AB*, aduocant ut *E et Boethius*. praestatores *E et Boethius*. 2. de*bet B*, de*bent A*, diuersorum fides quaerenda est *E*, *om Boethius*. ut nulla *Boethius*. 3. moueatur *idem*. et arti *AB*, metris *E et Boethius*. moribus debet *Boethius*. enim *om Boethius*. imperitiam *AB*, imprudentiam *E*, impudentiam *Boethius*. 4. inpudentiam *AB*, imperitiam *Boethius*, auariciam *E*. sed totum (*vel* tutum) *Boethius*. autem *om E*. officium et *om E et Boethius*. 5. et *om iidem*. exiget egregium *E*, oportebit *Boethius*. *n*equissimum *E*. aduocatione*m ABE*. de eadem *E*. 6. exiberi *om E*. a *om E*. 7. exposita fuerit *E*. cog*ant AB*, coguntur *E*. 8. ac] ut *posset ferri. sic Frontinus p.* 41 *Goes*. de proprietate controversia est plerumque ut in Campania. a*iugerum* tributarius *B*. 11. ac *B*. *quidem B*. 12. colonicos *stipendiarii* qui sunt in *communem B. haec Rudorffius correxit*. habente*m* et colon*is B*. 14. *adde* quidem dicimus, uel tributarios, possidend*i B*. 15. qua*m* possid*ent* possident*e B*. condicione*m B*. et ueneunt *prima manu*, eueniunt *corr B*. 17. condicio concess*a* est *B. correxit Rudorffius*. 18. *simile B*. 19. decertum *pr*, desertum *corr B*. quatenus *Huschkius*: quo unus *B*. qu*o B*. 21. iterdicere *pr B*. 22. possessione*m B*. 23. munta *pr B*. 24. aqua*e B*. controuersia*m B*.

B non minima concitetur, diuerse in Africa ex eadem re tractatur. quom sit enim regio aridissima, nihil magis in quaerella hab*ent* quam siquis inibuerit aquam pluuiam B 42 in suum in|fluere: nam et aggeres faciunt, *et* excipiunt et continent eam, ut ibi potius consumatur quam *ef*fluat.*

Etenim ad artificium defendendi plurimum prode erit, si persecuti *i*us omn*i* p. 77 diligentia fuerimus. non enim a qualibet part*e* adgrediendum est in controuersi*a*, B 43 sed d*i*sp*i*ciendum *cui* postulationi absolutio pro|xima sit, ne inplicatione aliqua et iudicem inpediamus et controuersiam faciamus obscuriorem. nihil puto deformius esse B 71 quam *cum* de eius modi causis inperiti | idoneas uolunt exhibere aduocation*e*s;* cum p. 85. 63 ab exiguo quid*em* exemplo secund*um* *loc*orum natura*m* colligere possint qui*d* potis- p. 86 B 72 simum sequi | debea*nt*.

Quamquam *non* i*gn*or*e*m in*ter* professores inmodic*e* controuersi*a*r*u*m quaestione*m* frequenter agitata*m*, necessariam studii*s* exercitationem huius quoque partis existimaui. un*o* enim libro *in*stituimus artificem, alio de arte disputauimus.* et de adsignationibus et partitionibus agrorum et de finitionibus terminorum actenus* meB 59 minimus: superest nunc ut de controuersiis disp*ici*amu*s*,* | * quoniam in priore* se- p. 82 quentium rerum ordo absolut*e* de his disputari inhibuit. reddendum itaque hic B 60 locum tam necessariis partibus | existimo.

Omne genus controuersiarum* constat* aut in fine aut in loco; non sine B 61 illa controuersia quae de positione terminorum praescribitur:* | namque in ordin*e* controuersiarum haec quoque materia li*t*i*s* locum suum optinet.

De fine subtilior exigitur disputatio, quae a rigore nullo modo d*i*stat nisi B 62 specie, *| *num* praeterea lex Ma*m*ilia fini latitudinem praescribat. de qua lege iuris p. 83 periti adhuc habent quaestionem, neque antiqui sermon*i*s sensus proprie explicare possunt, quini pedes latitud*inis* dati sint, an in tantum quinque* ut dupondium et semisse*m* una quaeque pars agri finem pertinere patiatur.*

. . . .

B 64. 65 transce*n*dunt controuersiae, quotiens | loci de quo agitur specialia argumenta nulla existunt, neque ullum finitimae similitudinis mo*nu*mentum, sed tantum aboliti fin*i*s quaerella exponitur, et excipien*s* extantium argumentorum qu*a*dam e*x*positione defen- p. 84

1. diuersae *B.* qu*a*m *B.* 2. habet *B.* 3. ageres *B.* et *om B.* 4. *ad*fluat *B.* 5. *hu*i*us* omnis *B.* 6. part*e*m *B.* controuersia*m* *B.* 7. desp*l*iciendum *B.* cui *Rudorffius*: q. *B.* inpublicationem *litteris* ub *ab antiquo correctore deletis B.* 9. cum *om B.* idoneas partes ad litigium aduocationes instituunt *G p.* 36. aduocation*is* *B.* 10. quid exemplo secundorum natura *B.* qui*a* *B.* 11. debe*at* *B.* 12. *omni quoniam in* professores inmodic*a* controuersia *cum* quaestion*e* *B.* 13. agitat*a* *B.* stud*ii* *B.* 14. un*um* *B.* *sub*stituimus *B.* 16. dispo*nam* *B.* priore*m partem libri B.* 17. absolut*i* *B.* 20. ordine*m* *B.* 21. materialis locum *B.* 22. destat *B.* 23. speciae ne *B.* ma*n*ilia *B.* 24. sermon*es* *B.* propri*ae* *B.* 25. latitudo *B.* 26. semisse *B.* 27. transc*i*dunt *B.* 28. monumentum *Rudorffius*: momentum *B.* fines *B.* 29. excipien*t* *B.* quodam *ea* positione *B.*

B ditur. nam * et si proxim_it_as aliqua naturalis fuit, quae similitudine_m_ fin_i_s adferre
poss_it_, * certus agro_rum_ fin_i_s, qui aut loci natura aut terminorum distinctione firma-
B 66 tus est, relinquitur et per uanas demonstrationes con|trouersia_e_ includitur. hoc modo
controuersiae plerumque ab ambitio_sis_ possessoribus pro_xim_is mouentur. *

A quocumque autem controuersia_e_ de agris mouentur, effectus habent * . . . . ,
quotiens consentientibus angulis exp_l_oratus agrorum fin_i_s ad modum ration_i_s acc_i_pit de-
B 67 ter|minationem inlaeso utr_ius_que agr_i_ solo: _quod_ genus finitionis plerique inter _se_
conuenientes potius quam iudices _sortiti_ factum consignare malunt; * . . . . cum de-
terminatio alterius partis solum desecat _et ita_ _q_ualitate_m_ agri diu_ersam dis_simili solo
applicat ut plerumq_ue aut_ ex prato siluae aliquid adiungatur aut ex silua fine dis-
tincto adplicetur ad pratum, et simili_ter_ per alias agrorum qualitates; * . . . . cu_m_
est demonstratio finitimis argumentis ex maxima parte fundata ita ut et dubi_i_s quo-
B 68 G 35 que locis aspectum praebeat finitionis; * | . . . . . quotiens finitimorum argumentorum p. 63
caret demonstratione, et partium magis exigit narrationes, per quas exponendum sit
quo _ri_gore termin_i_ desint, aut persuadendum iudici, etiam si loci natura finitimam p. 85
B 69 exhibeat similitudinem, quomodo sint reponendi; * | . . . . quotiens a trifinia aut qua-
drifinia _aut_ ex quolibet alio finis loco in excipientem terminum rectura dirig_itur_ et
per incessum definitionis loca quaedam alteri fundo adquirit; aut quotiens solum au-
(G) (B) fer_t_ et eius loco redd_it_ | utrique fundo. *

. . . .

De positione terminorum . . . .

G 23 Cum ergo possessor inuenerit terminum in possessione sua aliter formatum p. 51
aut aliter positum quam ceteri qui in ea possessione sunt, aut _non_ inscriptum ut adsolet, agit de eo, in qua sit positus ratione, seu ipse trifinium faciat siue ab alio lineam procedentem excipiat: dumque uicinus possessor huic extiterit ambiguitati contrarius, magna inter utrosque controuersia agitatur.

Solent enim hae controuersiae de conportionalibus nasci terminibus, * si de eorum latere linea quasi ex artificis manu composita uideatur exire atque in unius

1. proximi_ae_tas _B._ similitudin_e_ fin_es B._ 2. poss_int B._ agr_o_ fin_es B._ 3. controuersia _est B._ 4. ambitio _B._ pro _suis B. correxit Huschkius._ 5. controuersi_a B. supple_ diuersos; _quod Agennius suis deliramentis locum facturus resecuit._ 6. exp_r_oratus _B._ fine_s B._ ration_es_ accep_it B._ 7. utr_oque_ agri_s B._ quod _om B._ se _om B._ 8. sortiti _Rudorffius_: sentiret _B. intellege Frontinum scripsisse_ aut. 9. desecat_a est_ a _ae_qualitat_e B._ diu_isis ac_ simili _B._ 10. plerumq. _euenit_ ex _B._ 11. simil_i_ per _pr B. adde_ item. cu_ius B._ 12. dub_is B._ 13. _intellege_ aut. 14. demonstrationem _G._ part_es B._ exig_et_ narrationem per quam _G._ 15. quo_d in_ ge_nere_ termin_andae_ s_it B._, quo sint genere terminandae _G. correxit Rudorffius._ finitimu_m B._ 16. quomodo sint reponendi _om G. adde_ item. quotiens non a _G._ 17. aut _om B_, sed _G._ loco excipientis termini recturam _G._ dirigi_t BG._ 18. incensum _B._ quotiens _om G._ auferet _BG._ 19. et _om B._ reddit_ur G_, reddit_us B._ 20. _Haec addidimus._ 22. non _add Goesius._

G termini angulum inpingere qui in limite est positus.* hoc enim plerumque potest in limitibus inueniri. nam si ueteranus, filiis suis unam possessionem diuidens in tres
G 24 aut quattuor portiones, terminos uoluit interesse, potuit quiddam tale | contingere, ut ex multis quicumque respiceret angulum illius termini qui in maximo est limite constitutus. hos siquidem terminos, qui intra possessionum fines inueniuntur, compor-
(G) tionales appellauit antiquitas.

G 24 . . . . . | uidendum hoc diligenti cura. et circuiri agrum ante omnia opor- p. 52
tet, de quo intentio uertitur; *ut* redintegrato suis fundo limitibus per maximorum limitum rationem, tum de conportionalium terminorum positione, quos uice tabellarum antiqui intercidendis portiunculis inter filios suos defigebant, integra ab artifice ratio
(G) proferatur.

. . . .

B 43 secundum locorum naturam mouet causas. p. 77

Si uero in alium locum terminus translatus est usurpandi finis causa, numquam non utique locum desicauit: non enim cito quisquam propter exiguam partem terminum mouet. erit in prouidentia mensoris secundum angulorum finitimorum po-
B 44 sitionem arbitrari, in quantum sit terminus | translatus et qua ratione sit in locum suum restituendus.

Facillimum est inperitiam artificis aliusue retundere non putantis rationem inesse ordinationi: nam et frequenter euenit ut inperitia mensorum audaciam possessoribus praebeat. numquam non concurrentium inter se finium anguli, non tantum recti, uerum etiam hebetes aut acuti, habent aliquam rationem; in quam, si non dissimulemus, facile quod inperiti turbauerunt artificio restituemus.*

B 45. 46 De rigore* | refert in quo agro agatur. si limitatus est, aut ordo limitis or- p. 78
dinati desideratur, aut subrunciui aut linearis aut interiectiui rigoris incessus. at si in agro arcifinio sit, qui nulla mensura continetur, sed finitur aut montibus aut uiis aut aquarum deuergiis aut notabilibus locorum naturis, aut arboribus quas finium causa agricolae relinquunt et ante missas appellant, aut fossis aut quodam culture
(B) discrimine, ...

De fine . . . .

G 21 Extremitas finitima linea est quae interuenit aut per iter publicum, quod p. 48
transcendi non potest secundum legem colonicam, quia omnis limes itineri publico p. 49
seruire debet, aut per limites siue terminos aliaue signa quibus territoria finiuntur,

5. cumportionales *G*. 8. et *G*. 10. porciunculis *G*. 12. natura *B*. 13. alio loco *B*. causam *B*. 14. desiccauit *pr B*. cito *om pr B*. 15. prouidentiam *B*. possessionum *B*. 16. *sed B*. 18. 19. inperitia artificis alia uerentur non putant rationi inesse ordinem *B*. 19. anaudacia possessionib. *B*. 21. habeant *B*. qua *B*. 23. referent *B*. limites ordinari *B*. 24. interiettibi *B*. ac *B*. 25. sint *B*. 26. finiunt *B*. 27. agriculae *B*. 28. descrimine *B*. 29. De fine *addidimus*. 32. aliaque *G*.

G aut ubi in solut*o* loca remanserunt. haec autem sunt loca quae in solut*o* dicuntur, quae aut in saxuosis et sterelibus locis sunt aut in paludibus, ubi nulla potuit exerceri cultura; qu*ae*, dum non esset quod excoli potuisset, nullis necesse fuit limitum regu-(*G*) lis obligari. propterea et soluta loca uocata sunt.

. . . .

G 34 Nam plerumque uia, dum cum limite currit, etiam si uicinalis est aut lignaria p. 62 aut priuata, finem prestat. regammante uero uia uel limite, dum a se utri*m*que disces-*G* 35 (*G*) serint, des*in*it uia finem prestare, *et* erit controuersia: sed inspec|tio artifici*s* eam finiet.

. . . .

B 46. 47 agetur. cum enim loci sit tanta iniquitas, | *et* aut praerupta aut abrupta, quae aut p. 78 ruere aut minui possent, uetus consuetudo est termin*o*s relatis pedibus in solido agro ponere. quamquam non er*a*t necessarium, cum ipsa loci natura talis esset ut neque inferiorem uicinum admittere*t* in partem superiorem neque superiori descensu*m* ullo modo praeberet. sed *di*ligente*s* agricolae propter inpudenti*u*m uicinorum consuetudinem p*arum* se *t*utos credunt, nisi ita f*un*dauerint agros, ut etiam aliqu*i*d extra mensurarum ordinem faciant.

B 48 In superciliis autem maioribus non defuer*un*t qui ita finem seruari | uellent, ut quatenus attingere unus quisque possessor poss*et*, eat*e*nu*s* possidere*t*. uidebimus an aliquam rationem sint secuti, cum sit t*o*tum supercilium superioris agri fundamentum, nec, si subruatur, possit sine iniuria superioris fieri. ideoque magis certior ra-*G* 213 tio illa uidetur, ut fundamento tenus in agro arcifinio possessio seruari debeat, | si p. 308 termini desint.

Frequenter inter se possessores propter loci difficultatem totum supercilium, *B* 49 quod a*n*ge*re*ntur ips*o* subiace*nte*, inferioribus cesserunt, et contenti fuerunt ter|minos per summum iugum disponere, nullam secuti rationem. haec tamen si occurrunt, non quasi noua intueri debebimus.

Plurimis deinde locis terminos sacrificales non in fine ponunt, sed ubi illud p. 79 sacrificii potius oportunitas suadet, hoc est loci conmoditas, in quo sacrificium abuti conmode possint. hos terminos non statim finitimos obseruare debebimus, etiam si non longe a fine positi fuerint: frequenter enim uiae finiunt, iuxta quas arbores solent esse laetiores, sub quas defigere terminos sacrificii causa possessores consue-

1. insolut*a* *G*. 3. qu*ia* *G*. 6. utr*i*que *G*. 7. des*it* *G*. et *om* *G*. artific*i* *G*. 8. *sed* *B*. 9. termin*u*s *B*. 10. non era*n*t *corr*, nouerant *pr* *B*. 11. admittere *B*. descens*u* *B*. 12. sed *licentia* *B*. *correxit Huschkius*. agric*u*lae *B*. inpudenti*a*m *B*. 13. persecutus *B*. *correxit Rudorffius*. fundauerint *Goesius*: fidauerint *B*. aliqu*o*d *B*. 15. defueri*t* *B*. finem alii seruari| praes|tari uellent *B*. 16. poss*id*eat *in usu* possider*e* *B*. uider*e*mus *pr* *B*. 17. t*u*tum *B*. 19. EX LIBRO FRONTINI SECUNDO. Si termini *G*, sed termini *pr* *B*. 21. possessor*i*s *B*. difficultat*e* *B*. 22. augentur ipsa subiacet *BG*. 24. quisi *G*. debemus *G*. 25. ill*o* *G*. 26. suadet poni. hoc *G*.

BG
B 50 |runt. uerum tamen multi non tantum sacrificii secuntur consuetudinem, sed etiam
rationem, et ipso fine defigunt: propter quod adimi fides sacrificalibus palis in to- p. 309
(B) tum non debet.
G 214 | Nam et locorum *el*ationes et *cl*iuia et colliculi finem faciunt.
Termini autem si transuersi positi fuerint, gammam faciunt, sed non statim
(G) trifinium ostendunt.

. . . .

De loco . . . .
B 60 haberi ordinem legis Mamiliae excessum plurimum, praecipue *in* ag*r*is archifiniis, sed p. 79
nec minus in adsignatis. *cum* enim modum loci nulla forma praescribit et contro-
uersia oritur, null*o* alio stat*u* ad litem deduci debet qu*am* ut de loco agatur. so-
lent quid*am* per inprudentiam mensores arbitros conscribere aut sortiri iudices fi-
B 51 nium | regundorum causa, quando in re praesenti plus quidem quam de fin*i* regundo
agatur. s*ic* fit ut pos*t* sent*ent*ia inrit*a* sit, *et* rescindi possit quod aut iudex aut ar-
biter pronuntiauerint, neque ullum commissum faciat qui sententia*m* non sit secutus,
quando de alia re iudic*e*m aut arbitrum sumpserint. . . . .

De *l*oco, si possessio petenti firma est, etiam interdicere licet, dum cetera
ex interdicto diligenter perag*a*ntur: magna enim alea est litem ad interdictum deducere,
cuius est executio perp*l*exissima. si uero possessio minus firma est, mutata formula
B 52 |iure Quiritium peti debet proprietas loci; iudicari praeterea, si locus de quo agitur
aut terminis aut arboribus aut aliquo argumento finem aliquem agri declaret et a
continuatione soli quasi quibusdam argumentis eximatur.

Ne praeterea*t* nos, illut etiam tractare debemus, si arbores finitimas habet
et locus est fere siluester, quo in genere est possessio minus firma, *ne* cer*te*tur *in*- p. 80
terdicto. quod si silua cedua sit, post quintum annum par*cis*sume repetatur. qui
B 53 autem appel*le*nt arbores notatas, scire debemus *idi*oma regionis. qui claui|catas uo-
cant quas fin*i*s declarandi causa denotant, u*t* in Brittiis, alii in Piceno sitiagitat, in
aliis regionibus insign*e*s aut notas.

Si uero pascua sit et dum*i* *ac* loca pene solitudine derelicta, multo mino-
rem possessionis habent fidem. propter quod *m*inime de his locis ad interdictum
iri debet.

2. rationem in ipsis finitionis defigere maluerunt *G*. 4. *d*ationes et *tr*iuia *G*. *correxit Scriverius*. 7. De loco *addidimus*. 8. praecipu*ae* *m*agis *B*. 9. cu*ius* *B*. 10. null*a* *B*. statu*m* *B*. quo*d* *B*. 11. quidem *B*. 12. fini*um* *B*. 13. *si* *B*. possen*t*ia*m* inrit*um* *B*. et *om* *B*. 14. sententi*a* *B*. 15. iudic*um* *B*. 16. de *hoc* loco *B*. 17. peragun-tur *B*. 18. per*p*exissim*as*, *s eraso*, *B*. 22. praetere*a* *B*. 23. *decern*a*t*ur ideo *B*. *correxit Huschkius*. 24. par*tes* sumere petatur *B*. *correxit Rudorffius*. 25. appell*ant* *B*. i*ning*om*a* *B*. qui clauicatas *B*: *puto* quidam plagatas. 26. fin*es* *B*. denota*n*tu*r* in *B*. *fortasse* signatas, 27. i*n*sign*is* *B*. 28. dum *haec* *B*. minor*um* *B*. 29. *in*ime *B*.

B De quibus autem locis ad interdictum iri potest, sunt fere culta, quae possessionem brebioris temporis testimonio adipiscuntur, ut arba aut bineae aut prata aut aliut aliquod genus culturae. haec tamen cum in demonstratione allegabuntur, B 54 etiam si partes quaedam proximae | et interiacentes culture fuerint propriae, non erit satis illas sui generis agro adsignare, sed circuire oportebit totum fundum et ita fidem obligare, ne demonstratione neglegenter soluta appareat.

De modo controuersia * frequenter in agris adsignatis exercetur: agitur enim ut secundum acceptam eius ueterani qui in illud solum deductus est, modus resti- B 55 tuatur; | aut si quando praescribtus est lege aliqua agri modus.

Quom autem in adsignato agro secundum formam modus spectetur, solet tempus inspici et agri cultura. si iam excessit memoria abalienationis, solet iuris formula non sine lege interuenire et inibere mensores ne tales controuersias concipiant, neque quietem tam longae possessionis inrepere sinit. si et memoria sit recens, et iam modus secundum centuriam conueniat et loci natura indicetur et cultura, nihil inpediet secundum formas aestimatum petere: lex enim modum petiti de- p. 81 B 56 finite prescribit, cum ante quam | mensura agri agatur modus ex forma pronuntiatus cum loco conueniat. hoc in agris adsignatis euenit. nam si aliqua lege uenditionis exceptus sit modus, neque adhuc in mensuram redactus, non ideo fide carere debebit, si nostra demonstratio eius in agro non ante finiri potuerit quam de sententia locus sit designatus.

. . . .

in hac controuersia, quod inter priuatos tractatur.

Nam inter res publicas non mediocriter eius modi controuersia solet exerceri, quam frequenter coloniae habent cum coloniis aut municipiis aut saltibus Cae- B 57 saris aut priuatis. | * nec enim refert, cuius sit solum aut cuius iuris, ad mouendam controuersiam: tunc autem habet differentiam, prout a iudice tractatur.

Obseruari in hac controuersia a mensore debebit lineis: * et habet aes, B 58 quoius formam respicit, cum modus in discrimine | est. ars triplici adtestatione firma-

1. ire possunt fere *B.* 2. ut arua *Huschkius*: aut arbor *B.* pratu *B.* 3. cultum *B.* abligabuntur *B. correxit Goesius.* 4. quadam *B.* iniacentes *B.* propria *B.* erint *B.* 5. illa *add corr B.* sua *B.* 5. 6. fundum finem et ita *B.* 8. ueterani *Huschkius*: aeterni *B.* 10. quae *B.* 11. culturae *B.* memoriam *B.* 12. *silenter B.* et alii controuersiae concipiat *B.* 13. inrepere ni si et *B.* 14. inretetur *B.* 15. formas nec est initum deterre *B.* modo petitis definita *B.* 16. prescribit *add corr B.* 19. non *B.* 20. locutus *B.* *in fine vacuum spatium B, cui corrector antiquus inscripsit* dragma. 21. iter *B.* 22. precas *B.* 23. colonis *B.* 24. referri *B.* sint *B.* 25. habent differentia prius ali adice (*corr* adigent) *B.* 26. a om *B.* lineis *Goesius*: in eis *B.* 26. 27. habent *in se* quib. formam redigit cuius modus in crimine | *deside* pars *B. in his* ars *Blumio debetur.*

B tur: habere enim debet *aes* primo locum, deinde modum, deinde speciem. *at* si inter *res publicas* agatur aut rem *publicam* et Caesarem, instrumentis fo*rte* ueteribus continebi*tur*, ut solet, ad*ae*ratio. *

. . . .

1. debet *in se* prim*u* *B.* *ut B.* 2. res publicas *om B.* au *rum praeca* et caesar*um* *B.* fouet *B.* 3. continebatur *B.* ad*iu*ratio *B. conf. Frontinus p.* 217, 30 *Goes.*

P. P. die IV. m. Martii a. MDCCCXLIV.

B*

LECTIONES.

I. ORDINIS THEOLOGICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

A. NEANDER, Dr. Dec.

I. Publice 1) Theologiae biblicae notionem explicabit atque divi Pauli theologiam cum ceteris τρόποις παιδείας Novi Testamenti comparatam illustrabit bis p. hebd. h. I-II. 2) Examinatorium dogmaticum historicum offert semel p. hebd. h. I-II.

II. Privatim 1) Ecclesiae Christianae usque ad nostram aetatem historiam in sciographia adumbrabit, eiusque nexum interiorem illustrare conabitur senis p. hebd. h. XII-I. 2) Evangelium Matthaei cum Evangelio Marci et Lucae comparatum interpretabitur senis p. hebd. scholis h. XI-XII.

E. G. HENGSTENBERG, Dr.

I. Publice Exodum exponet d. Sat. h. X-XI.

II. Privatim 1) Encyclopaediam et methodologiam theologicam, adiuncta historia disciplinarum theologicarum et notitia librorum theologicorum, docebit quinquies p. hebd. h. IX-X. 2) Genesin explicabit quinquies p. hebd. h. X-XI.

PHIL. MARHEINEKE, Dr.

Privatim 1) Symbolicen, libri sui ed. 2. secuturus, quinquies p. hebd. h. IX-X. 2) Theologiam practicam, duce libro suo, quinquies p. hebd. h. X-XI. docebit.

F. STRAVSS, Dr.

I. Publice exercitationes homileticas moderari perget d. Lun. h. VI-VII. et VII-VIII. vesp.

II. Privatim catecheticen, introductione in theologiam practicam praemissa, docebit quater p. hebd. d. Mart. et Iov. h. VI-VII. et VII-VIII. vesp.

A. TWESTEN, Dr.

I. Publice de summo bono eiusque elementis disseret d. Mart. et Ven. h. III-IV.

II. Privatim 1) Theologiam apologeticam sexies p. hebd. h. IX-X. docebit. 2) Epistolas Pauli Apostoli minores quinquies excepto d. Iov. h. X-XI. interpretabitur.

2. *Professoris honorarii.*

F. THEREMIN, Dr.

I. Publice homileticen tradet dieb. Merc. et Sat. h. V-VI.

II. Privatissime et gratis societatis homileticae studia moderari perget.

3. *Professorum extraordinariorum.*

F. BENARY, Dr.

I. Publice Ioannis Apocalypsin explicabit d. Sat. h. VIII-X.

II. Privatim 1) Grammaticam linguae Hebraicae docebit, adiunctis interpretandi exercitationibus, quinquies p. hebd. h. VIII-IX. 2) Introductionem in omnes V. T. libros tradet quinquies p. hebd. h. IX-X. 3) Iobi carmen exponet quinquies p. hebd. h. X-XI.

F. PIPER, Lic. Prof. des.

I. Publice historiam conversionis rerum in theologia Protestantium saeculo decimo octavo factae tradet d. Lun. et Iov. h. III-IV.

II. Privatim encyclopaediam et methodologiam theologicam, ratione habita historiae litterariae theologicae, quater p. hebd. h. VIII-IX. docebit.

I. C. W. VATKE, Lic. Prof. des.

I. Publice de nonnullis locis dogmaticis disseret d. Sat. h. X-XI.

II. Privatim 1) Psalmos interpretabitur quinquies p. hebd. h. X-XI. 2) Theologiam philosophicam universalem docebit sexies p. hebd. h. XI-XII.

F. VHLEMANN, Dr. Prof. des.

I. Publice introductionem in omnes N. T. libros tradet quater p. hebd. h. XI-XII.

II. Privatim Iesaiae vaticinia quater p. hebd. h. XII-I. interpretabitur.

4. *Privatim docentium.*

H. G. ERBKAM, Lic.

I. Gratis historiam reformationis tradet ter p. hebd. d. Merc. h. IX-X. et Sat. h. VIII-X.

II. Privatim 1) Evangelium Matthaei interpretabitur sexies p. hebd. h. VII-VIII. 2) Epistolam Pauli ad Romanos exponet quinquies p. hebd. h. VIII-IX.

I. L. IACOBI, Lic.

I. Gratis sacrorum emendatorum aetatis historiam exponet bis p. hebd.

II. Privatim 1) Historiae ecclesiasticae partem II. a Gregorii VII. ad nostra tempora pertinentem tradet quinquies p. hebd. h. IV-V. 2) Historiam ecclesiae et dogmatum repetituris auxilio erit.

C. A. KAHNIS, Lic.

I. Gratis recentiorum ecclesiae temporum historiam bis p. hebd. exponet.

II. Privatim 1) Introductionem in N. T. libros quinquies p. hebd. h. VIII-IX. 2) Historiae ecclesiasticae partem priorem sexies p. hebd. h. VII-VIII. tradet.

H. REVTER, Lic.

I. Gratis historiam theologiae aetatis recentioris bis p. hebd. d. Merc. et Sat. h. VIII-IX. exponet.

II. Privatim 1) Historiae ecclesiasticae partem priorem usque ad Gregorium VII. sexies p. hebd. h. VII-VIII. tradet. 2) Repetitorium historiae ecclesiasticae quater p. hebd. d. Lun. Mart. Iov. et Ven. h. VIII-IX. offert.

II. ORDINIS IVRIDICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

G. F. PVCHTA, Dr. Dec.

Privatim 1) Institutiones et antiquitates iuris Romani, adiuncta de fontibus huius iuris doctrina, tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-XI. Quas scholas examinando disputandove retractari qui velint auditoribus operam dabit d. Sat. h. IX-X. 2) Ius hereditarium exponet d. Merc. et Sat. h. XI-I.

A. W. HEFFTER, Dr.

I. Publice de ordine iudiciario causarum civilium secundum leges Borussicas d. Lun. h. VII-IX. disseret.

II. Privatim 1) Ius publicum civitatum Europaearum, maxime Germanicarum, quin-

quies h. VIII-IX. 2) Ius criminale quinquies h. IX-X. 3) Ordinem iudiciarium secundum ius civile commune quinquies h. XI-XII. tradet.

C. G. HOMEYER, Dr.

I. Publice ius cambiorum d. Merc. h. X-XI. exponet.

II. Privatim ius Germanicum privatum, cum iure commerciorum et iure feudali, quinquies h. IX-X. et quater h. X-XI. tradet.

C. G. de LANCIZOLLE, Dr.

I. Publice constitutionem imperii Romani et Germanici et confoederationis Germanicae exponet d. Iov. h. IV-VI.

II. Privatim historiam iuris Germanici tradet quinis p. hebd. scholis, d. Lun. Mart. Iov. h. VIII-IX., d. Merc. h. VII-IX.

A. A. F. RVDORFF, Dr.

Privatim 1) Pandectas et ius hereditarium sexies h. IX-XI., bis h. XII-I. (adiunctis causarum civilium decisionibus d. Sat. h. XII-I.) exponet. 2) Historiam iuris Romani quater h. XII-I. enarrabit.

F. I. STAHL, Dr.

I. Publice ius matrimoniale d. Merc. et Sat. h. IV-V.

II. Privatim ius canonicum quater h. IV-V. docebit.

2. *Professorum extraordinariorum.*

O. GŒSCHEN, Dr. Prof. des.

I. Publice speculum Saxonicum ex Homeyeri editione interpretabitur d. Sat. h. VIII-IX.

II. Privatim 1) Ius canonicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX. 2) Historiam iuris et imperii Germanici iisdem diebus h. XI-XII. 3) Encyclopaediam iuris d. Merc. h. IX-XI., d. Sat. h. X-XI. 4) Processum criminalem d. Mart. Iov. Ven. h. XII-I. docebit.

L. E. HEYDEMANN, Dr. Prof. des.

I. Publice ius hereditarium Borussicum et Francogallicum methodo comparativa explicabit d. Lun. h. V-VI.

II. Privatim 1) Ius naturae seu iuris philosophiam, quater h. VIII-IX. 2) Ius Borussicum civile quinquies h. IX-X. 3) Codicem Napoleonis d. Merc. h. VIII-IX., d. Sat. h. VIII-X. exponet.

C. l. b. de RICHTHOFEN, Dr. Prof. des.

I. Publice doctrinam iuris publici Germanici de ordinibus territorialibus d. Merc. h. XI-XII. tradet.

II. Privatim 1) Ius publicum Germaniae cum iure privato principum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII. exponet. 2) Ius publicum regni Borussici d. Lun. Merc. Sat. h. XII-I. docebit.

F. G. RŒSTELL, Dr. Prof. des.

I. Publice de regimine ecclesiae evangelicae d. Sat. h. XII-I. disseret.

II. Privatim 1) Ius gentium Europaearum quater p. hebd. h. VIII-IX. 2) Encyclopaediam et methodologiam iuris d. Merc. et Sat. h. X-XI. et XI-XII. 3) Ius publicum foederis Germanici atque civitatum Germanicarum, cum iure privato principum, quater p. hebd. h. XII-I. docebit.

3. *Academiae regiae litter. sodalium.*

H. E. DIRKSEN, Dr.

Privatim 1) Ius Pandectarum duce Mühlenbruchii libro (Lehrbuch des Pandektenr. ed. IV.) sexies p. hebd. h. IX-XI. 2) Ius hereditarium Romanum quater p. hebd. h. XII-I. tradet.

4. *Privatim docentium.*

I. A. COLLMANN, Dr.

Privatim 1) Ius publicum Germanicum cum iure privato principum quater p. hebd. d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X. docebit. 2) Ius gentium Europaearum quater p. hebd. iisdem diebus h. X-XI. exponet. 3) Quaestionum ex iure publico et gentium disputationes d. Lun. et Iov. h. VI-VIII. vespertin. moderabitur.

H. R. A. F. GNEIST, Dr.

I. Gratis de modo procedendi publico et orali d. Sat. h. XII-I. aget.

II. Privatim 1) Ius criminale quater h. XI-XII. 2) Processum civilem communem et Borussicum quater h. XII-I. 3) Processum criminalem d. Merc. h. XI-I. d. Sat. h. XI-XII. docebit. 4) Examinatorium Pandectarum instituet sexies h. IV-V.

C. F. HÆBERLIN, Dr.

I. Gratis historiam et ius publicum confoederationis Germanicae d. Merc. et Sat. h. X-XI. enarrabit.

II. Privatim 1) Ius publicum Germanicum ratione praesertim habita recentiorum constitutionum, et ius principum privatum quater h. X-XI. 2) Historiam iuris et imperii Germanici quater h. XII-I. 3) Ius gentium Europaearum quater h. XI-XII. docebit.

R. IHERING, Dr.

I. Gratis historiam recentioris iurisprudentiae exponet d. Merc. h. XI-XII.

II. Privatim 1) Historiam iuris Romani usque ad Iustinianum imp. narrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII. 2) Exercitationes practicas in diiudicandis causis civilibus moderabitur coniunctas cum repetitione difficiliorum iuris Romani capitum iisdem diebus h. XII-I.

III. Privatissime repetitoria et examinatoria de iure Romano offert.

I. KOHLSTOCK, Dr.

Repetitoria et examinatoria offert.

E. SCHMIDT, Dr.

I. Privatim 1) Institutiones et antiquitates iuris Romani d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI. d. Merc. et Sat. h. IX-XI. 2) Historiam iuris Romani d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX. 3) Ius hereditarium Romanum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII. tradet.

II. Privatissime examinatoria et repetitoria offert.

III. ORDINIS MEDICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

D. GVIL. BVSCH, Dr. Dec.

I. Publice de instrumentis et machinis obstetriciis d. Merc. h. IV-V. disseret.

II. Privatim exercitationes obstetricias clinicas tam in lechodochio obstetricio regio quam in instituto policlinico obstetricio quater p. hebd. h. IV-V. regere perget.

III. Privatissime cursum operationum obstetriciarum cum exercitationibus in machina instituendis offert.

I. L. CASPER, Dr.

Privatim 1) Medicinam forensem in usum studiosorum et iuris et medicinae explicabit d. Mart. Ven. Sat. h. XI-XII. 2) Artem formulas medicas conscribendi d. Lun. et Iov. h. XII-I. docebit. Exercitationes practicae pharmaceuticae et repetitiones materiae medicae hisce scholis adiungendae more solito seorsum fient. 3) Exercitationes practicas medicas forenses cum explicationibus in vivis et corporibus mortuis more consueto moderari perget d. Lun. et Iov. h. II-III.

I. F. DIEFFENBACH, Dr. Prof. des.

I. Publice de vulneribus d. Sat. h. IX-X. disseret.

II. Privatim 1) Chirurgiam generalem et specialem quinquies p. hebd. h. IX-X. docebit. 2) Aciurgiam quinquies p. hebd. h. I-II. tradet. 3) Exercitationes clinicas chirurgicas ophthalmiatricas in nosocomio regio Vniversitatis clinico quater p. hebd. h. II-III. moderabitur.

C. G. EHRENBERG, Dr.

I. Publice physiologiam comparatam subtiliorem in infusoriorum, entozoorum et aliorum, quae difficilius observantur, animalium selectis classibus d. Sat. h. XII-II. docebit et demonstrabit.

II. Privatim iis non deerit, qui exercitationibus in microscopii usu physiologico institui horis definiendis cupiant.

I. F. C. HECKER, Dr.

I. Publice encyclopaediam et methodologiam medicinae d. Merc. et Sat. h. I-II. exponet.

II. Privatim 1) Historiam medicinae recentiorem cum pathologia historica d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IV-V. 2) Pathologiam generalem d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI. docebit.

I. HORKEL, Dr.

Privatim physiologiam generalem sexies p. hebd. h. I-II. docebit.

E. HORN, Dr.

I. Publice pathologiam et therapiam generalem et specialem morborum mentis d. Merc. et Sat. h. VIII-IX. tradet.

II. Privatim pathologiam specialem d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX. docebit.

I. C. IVENGKEN, Dr.

I. Publice de corporis humani laesionibus d. Merc. et Sat. h. V-VI. disseret.

II. Privatim 1) Chirurgiam generalem et specialem d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V-VI. docebit. 2) Clinicen chirurgicam et ophthalmiatricam in instituto clinico chirurgico et in instituto clinico ophthalmiatrico in nosocomio Caritatis constitutis sexies p. hebd. h. IX-XI. moderabitur.

H. F. LINK, Dr.

I. Publice de virtute medica vegetabilium in genere et de ipsorum venenis d. Sat. h. VIII-IX. disseret.

II. Privatim 1) Botanicen tam theoreticam quam practicam, demonstrationibus sexies p. hebd. h. VII-VIII. et excursionibus d. Sat. h. pomerid. instituendis illustrandam tradet. 2) Historiam naturalem quinquies p. hebd. h. VIII-IX. docebit.

IO. MVELLER, Dr.

I. Publice physiologiam generationis d. Sat. h. IX-X. tradet.

II. Privatim 1) Physiologiam hominis specialem iunctis experimentis et demon-

strationibus in animalibus instituendis quinquies p. hebd. h. IX-X. exponet. 2) Anatomiam comparatam d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX. 3) Anatomiam pathologicam d. Lun. Iov. Sat. h. VI-VII. vesp. docebit.

F. SCHLEMM, Dr.

I. Publice de sensuum organis d. Lun. et Mart. h. XI-XII. disseret.

II. Privatim osteologiam d. Lun. Mart. Iov. h. XII-I. docebit.

I. L. SCHŒNLEIN, Dr.

Privatim exercitationes clinicas medicas in nosocomio Caritatis quotidie h. XI-XII$\frac{1}{2}$. moderabitur.

C. H. SCHVLTZ, Dr.

